

CAPUT VIII.

Idem a Abbati de Straupbo, & Priori de Phepi.

Veniens ad Apostolicæ Sedis clementiam dilectus f. noster Magister Vv. de Flavilla, sua nobis infirmatione monstravit, quod monachi majoris o monasterii terras in parochia Sanctæ Mariæ de Martinon e excolant; & ab eadem Ecclesia d coloni eorum omnia ecclesiastica, tam e necessaria, quam voluntaria suscipiant sacramenta; & tamen eidem Ecclesiæ suas a canonicis sacris constitutas decimas contradicere solvere: sed de frugibus tertiam partem solvunt ei, & duas sibi retinere præsumunt; de reliquis autem minutis f decimis, utpote nutrimentis animalium, & fructibus hortorum, nihil penitus præstare non erubescunt: arbitrantur autem ab hoc sese tueri cujusdam transactionis pactione inter præfatos monachos, & quemdam sacerdotem memorati Vv. prædecessorem facta, ita videlicet, quod de duabus g carrucatis terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam duntaxat partem decimarum restituere debeant, reliquis sibi retinendo. Quo fit, ut inde occasione fumentis malignandis, prædia ex agrorum b defectu ad eos devoluta monachi in suum magis alture, quam provide dominium convertant; & quatuor, vel forte plures carrucatas duabus aggregant, non tamen aliter decimas præstantes de illis, quam prius de duabus præstitissent, cum secundum compositionis tenorem integras de illis decimationes solvere tenerentur; Quoniam igitur non convenit Ecclesiis providere, ne sua debeant jura cuiuslibet deperire: f. v. per A. f. mandamus, quatenus cum existit fueritis requisiti, utraque parte ante præsentiam vestram convocata, rei veritatem diligentius inquiratis, & nisi privilegium Apostolicæ Sedis sibi super hoc indultum coram vobis præfati monachi palam produxerint, vel nisi transactionem præscriptam a Apostolica auctoritate confirmatam esse docuerint, cum aliquo inter personas potius, quam inter Ecclesiæ facta videatur, nec pacta inter alios acta aliis obesse patiamur, omni dilacione, & ap. rem. præfatos monachos, & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus devenientes ex integro abique diminutione Ecclesiæ S. Mariæ de Marturen, jugi præstatione singulis annis præstare, & eorum que illicite detinuerint, justam æstimationem restituere cum omni districtione compellatis. Quod si discretioni vestre secundum ea, que proponuntur nobis, in iudicio visum fuerit, præfatos monachos non nisi ad tertie partis decimationum præstationem secundum justitiam urgeri posse; tunc omnium eorum, qua canones decimanda decreverint, ap. rem. sæpeditos monachos tertiam partem Ecclesiæ jamdictæ auctoritate Ap. in decimas præstare cogatis.

NOTÆ.

- a Abbat de Straupbo. Ita legitur in hac sexta collectio- ne, in secunda autem, sub hoc tit. c. 3. legitur Abbat de Straupbo, & Priori de Phepi: & etiam post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 48. c. 3. Sed legendum est, Abbat de Straupbo, sive Serata Florida, & Priori S. Eufebii, ut jam notavi circa epigraphen textus in c. constitutus, hoc tit. b Majori monasterii. Claravallis videlicet, de quo egi in c. 14. de offic. delegati. c Excolant. Non propriis manibus, aut expensis, sed per colonos; qui f. propriis manibus excolerent, decimas solvere non tenerentur, cap. quæst. 16. quæst. 1. Concil. Lateranense sub Alexand. III. ibi: Scimus, ut monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas solvere cogantur. Olim enim monachi, præcipue Cistercienses, agros propriis manibus excolabant, cap. cavendus 10. quæst. 3. & tunc certum est, exemptos esse a decimarum solvitione, c. ex parte, c. nuper, cum aliis, de decimis. d Colonos. Quibus condixerunt monachi prædia rustica. e Necessaria quam voluntaria. Videlicet Sacramentum Baptismi, & Penitentia; que dicuntur necessaria necessitate medi ad salutem; & Matrimonii, & Extreme unctionis, que cum non ita necessaria sunt, dicuntur voluntaria. f Minutis decimis. Decime enim solvenda sunt ex omnibus fructibus, & proventibus propriis parochiis, ut probavi in c. fructibus, de pactis, c. condignis, hoc tit. Sed jam temporibus nostri textus monachi nigri, & albis concessum erat privilegium, ne ex nutrimentis animalium, & fructibus hororum decimas persolverent, c. ex parte 10. de decimis, c. nimis, de excessib.

Prælat. Barb. in d. c. ex parte, P. Gregor. lib. 1. parit. tit. 75. c. 3. & lib. 2. synagm. c. 24. & ideo infra ait Alexander, ita decim decimas præstare debere prædictos monachos majoris monasterii, nisi privilegium Apostolicum exhiberent. g Duabus carrucatis. Carruca enim est aratum: unde agri, qui egent gemino aratro, dicuntur duæ carrucæ. Ivo Carnotens. epist. 28. ibi: Domum Ecclesiæ Hardesfub cum omnibus hospitibus, & cum terra ad duas carrucas. Matthæus Parisius ad annum 1254. inquit: In maneris religiosorum quot sunt carrucæ proprie ad cultum dominicum, & quot sint consuetudinariis. Et anno 1300. Rex Angliæ cepit de novaque carruca totius Angliæ tres solidos. Oedericus Vitalis lib. 1. bistor. Eccles. ibi: Robertus Helgonis filius, consentientibus & condonantibus eius cognobis, Villamo silicet, aquæ Roberto, cum filijs, & nepotibus eorum Ecclesiam S. Martini super fluvium Valtii monachi præfati eccloniæ vendidit, & in eodem loco terram præfati cum alia terra octo carrucarum, quam emerunt non modico pretio. Et pag. 465. ibi: Possessiones, quas Robertus, & Hugo, & Exualdus filii Roberti de Grenismillio pro salute sue Vicesis Ecclesiæ tradiderant, hæ sunt in Nuceto, Ecclesiæ cum omni decima, & terra præfati cum arabili terra trium carrucarum. h Desolus. Morte videlicet, vel absentia. i Inter Ecclesiæ. Si enim inter monachos, & Ecclesiæ facta esset, observaretur in perpetuum. Concil. Later. sub Innocentio II. cap. 55. Decernimus, ut de alienis terris modo acquiritis, esse eis propriis manibus, & expensis excolerent, decimas persolverent illis Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvabantur, nisi cum ipsi Ecclesiis aliter dixerint componendum. k Apostolica auctoritate. Hæc verba, & præsentem decisio- nem jam expulsi in c. 1. hoc tit.

CAPUT IX.

Lucius III. a Orsienfi Episcopo.

Præterea quando inter laicos, & viros Religiosos de præsentatione alicujus Ecclesiæ quæstione suborta transigitur inter eos, ita quod præsentationem laicus obtineat, religiosi vero nonam, vel majorem percipient portionem, in qua prius nullam, vel minorem habere consueverant; an hujusmodi transactio teneat, quævisit. Cum igitur ipsa pactio simoniaca merito videatur, de jure non tenet, nec ex ea religiosi ullum commodum debent invenire.

NOTÆ.

- a Orsienfi. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 4. sed utrobique perperam; cum enim in Epigraphæ hujus textus in dicta secunda collectione legitur, Lucius III. Orsienfi Episcopo: pars capituli Titus nos; & inau-

tur, in præfati referri partem textus in cap. tua nos 11. de jurator. qui cum eam inscriptionem habeat, Lucius III. Norwicenfi Episcopo, credo epigraphen hujus textus ita corrigendam esse, Lucius III. Norwicenfi Episcopo. Accedit utriusque textus materia affinitas, & connexio. De Ecclesia Norwicenfi egi in c. 1. notæ 9. de rescriptis.

CAPUT X.

a Cælestinus III.

Præterea quarto loco talis quæstio accessit, quod quadam b cellula eximi voluit a subjectione, qua matri domui tenebatur. Cumque causa debito Marte percurreret, fratres illius cellulæ f. e contentes illi domui quondam fuisse subiectos, referabant, quæstionem olim de hac subjectione fuisse motam, & transactione positam, videlicet ætenuis, ut quidam determinatum annuatim Ecclesiæ matri reddendo, fratres memoratæ cellulæ penitus essent a subjectione principalis domus exempti. Ceterum ex adverso Prior domus duo pariter allegabat, unum scilicet, quod ex quo concessi fuerant f. dudum illi domui subiectos fuisse, & non ante transactionem illam exemptos, constabat illos fuisse rebelles eo ipso, quod ante transactionem, & exemptionem se contendeant ab eadem jurisdictione fuisse subtractos; nec transactionis subsequens eos poterat a tanto crimine inobedientie relaxare. Alterum quoque Prior consequenter pro majori Ecclesia proponebat, quod de spirituali subjectione contra votum professionis transigere non lice-

bat. Nostra vero in his hujusmodi reddit sollicitudo responsum, quod ex prædicta fratrum de Cella confessione contra eos sententia profertur debeat, præfatum cum illa transactio, licet nobis de illo, quod Cella determinate prædictæ domui solvere tenebatur, clare constare nequiverit, iniquitatem continuasse putetur.

NOTÆ.

- a Cælestinus. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. fin. ubi additur pars capituli Bonæ memoriæ, ut cognoscatur, in præfati referri partem textus & in c. bona, de confirmatione utili, & alias ejus partes congesti in c. præsentiam 21. de officio deleg. b Cellula. Quid per cellam in jure nostro accipiatur, late dicemus in c. unic. de synodico. c Conventus. Sed quomodo per confessionem, & exemptionem rei intentio Episcopi super jurisdictione fundatur, contra textum, & que ibi communitur adducuntur, in c. cum venerabilibus, de exceptionibus. Respondetur Episcopi intentionem in præfati non fundari in exceptione a reo opposita, sed in plena confessione, his verbis: Conventus in jure illi domui quondam fuisse subiectos; ut docet Balboa in d. c. de exceptionibus n. 46.

COMMENTARIUM.

In c. 4. 7. 9. & præfati una fere comprehenditur materia; quare libi unica conclusione eorum commentarium dabimus. Sit assertio: Super beneficio ecclesiastico, vel spirituali, vel spiritualibus annexa, transactio non admittitur. Probat eam textus in c. 2. c. quæstio 1. q. 2. c. si quis præfatus 1. q. 3. c. cum præfatus 4. de pactis, c. cum inter 16. de elect. c. nisi esset, de præbend. c. cum venisset, de rescript. spol. c. dilectus filius 28. de simon. c. si quando, de officio deleg. c. super hoc 5. de renuntiatione, c. veniens 2. hoc tit. in 1. collect. Illustrant ultra laudatos a Barbo- la in præfati, Navarrus ad tit. de simon. consil. 46. Tuschus littera C, conclusio 50. & littera T, conclusio 388. D. Joannes Solorzaus 2. de jure ind. l. 2. c. 14. n. 88. & l. 3. pallio. c. 15. Petrus Gregorius de beneficiis, c. ult. & l. 28. synag. c. 2. n. 16. & l. 3. part. tit. 3. c. 2. Suarez de relig. l. 1. c. 51. Genueus prædictabil. q. 737. Barbo- la c. 76. n. 42. Balboa in c. fin. de pact. Canisius in nostro c. constitutus, Bartholomæus Sanchez in c. 5. de ver. permut. Azor part. 3. moral. l. 8. c. 9. Lotherius de re benefici. l. 1. c. 35. n. 25. & q. 36. n. 10. Duarenus l. 6. de sacris, c. 4. García de beneficiis part. c. 5. n. 300. Summius verbo Transactionis, Gibalinus de simon. q. 20. consil. 15. plures relati a Valerone de transact. tit. 3. q. 6. n. 2. Claudæ agmen præceptor meus illustratissimus D. Martinus Lopez de Oariberos in præfati ad text. in c. constitutus, hoc tit. quam dam hæc scribo, præ manibus habere non potui.

Sed pro dubitanti ratione averteris hæc assertionem ita infurgo: Si transactio iure beneficio, aut jure præfati ad illud non admittitur, maxime quia simonia laicam committit, ut innotuit in c. constitutus, hoc tit. sed in hujusmodi transactione nulla simonia considerari valet: igitur non obstat, quare hujusmodi transactio improbetur. Probat ut nitor ex eo; nam si transactio ita fiat, ut qui petit, intendit, nec se habere jure præfati; & alter qui negat, alternis vicibus jure patronatus utatur, non intercedit quid temporale, sed mera rei dubie transactio: igitur non datur simonia, argumento textus in c. ult. de ver. permut. vel si transactio ita fiat, ut beneficium unus retineat, & alteri litiganti certa pensio solvatur; tunc enim etiam non datur simonia, cuiusmodi auctoritate Episcopi tale pactum iniri possit, c. nisi esset, de prob. c. dilectus 1. de simonia; & si enim esset simoniaca pactio, nec ex consensu Episcopi celebrari posset, c. penult. de elect. Augetur hæc dubitanti ratio ex eo, nam si transactio simoniaca in d. c. constitutus, irritaretur, non restitueret Ecclesia, circa quam commissæ fuit simonia, pristino possessori, cum inter simoniam penas illa a sacris canonibus imponatur, videlicet privato beneficio, c. infirmatum 12. de simonia: igitur transactio super beneficio ecclesiastico ad simoniacam non improbat. Secundo augetur hæc difficultas ex eo, nam res spiritualis, seu sacra, non modo per transactionem acquiri valet, verum et per venditionem, c. cum enim 10. q. 2. c. aurum 11. q. 2. igitur super re spirituali, seu sacra transigi potest. Tertio tandem sulcitur hæc difficultas ex eo; nam super jure præfati adeo permissa est transactio, ut ille tantum jus præfati habere, qui tempore fundat oris Ecclesiæ pacto expresso jus illud sibi reservavit, c. novus, de juripatronatus: igitur non repugnat nature juripatronatus transactio, per quam illud acquiritur.

His tamen difficultatibus minime obstantibus vera est præfata assertio, ad cujus veram expositionem sciendam est; transactionem super beneficio ecclesiastico, aut jure præfati ad illud, differre a compositione; nam compositio est genus, transactio vero species, ut dixi in c. hoc tit. Potest autem hujusmodi transactio triplici modo contingere. Primo cum spontanea voluntate unus ex litigantibus cedit jus, quod habet, in gratiam alterius; & tunc transactio sustinetur absque ulla auctoritate Episcopi, vel superioris, nisi præcedere debeat nova institutio; nam tunc cum beneficium non possit obtineri absque institutione canonica, c. de regul. jur. in 6. c. ex frequentibus, c. cum venisset, de institutionibus, necessaria est Episcopi auctoritas, & de hac compositione accipiendi sunt textus in c. cum inter de elect. c. super eo, hoc tit. Secundo modo potest considerari transactio in beneficio, aut jure præfati datis ad invicem rebus spiritualibus, ut beneficium pro beneficio: & etiam in hoc casu potest transactio incipere a litigantibus, dum Episcopi auctoritas postea intercedat, ad in-

stitutionem in ipsi beneficiis faciendam, c. ad quæstionem, de verum permut. quo modo decimis, reliquiis, & aliis rebus ecclesiasticis transactio admittitur, c. hoc tit. ex multiplici de decimis, & etiam in jure præfati, ut alternis vicibus juripatronatus litigantes utantur. Barbo- la in nostro c. constitutus. Gibalinus d. q. 20. n. 4. Valerone de transact. tit. 3. q. 6. n. 51. Tertius, & difficilior casus evenit, cum transactio sit aliquo temporali jure retento, veluti certa pensio; & tunc dicendum est, eam transactionem a partibus incipere non posse, sed Episcopo posse ita litem beneficalem dirimere, ut ubi beneficium litigiosum adjudicet: cum onere solvendi alteri certam pensionem, c. nisi esset, de præbendis, Suarez d. c. 51. n. 17. Bonacina de simonia, q. 4. 5. 1. Gibalinus, & Caltro Palao, quos refert, & sequitur Valerone d. q. 6. n. 14. Plerumque enim pacis, & concordie causa, cum sunt partium jura obfcura, solent iudex jubere, ut unus ex litigantibus beneficium retineat, alteri annua pensione soluta ex fructibus ipsius beneficii, c. auditus, de collatione dogendi, c. cum venisset, de rescript. spol. hoc enim evincit bonam pacem, propter quod alia plura in jure admittuntur, c. his 11. de majori. Et ob id, c. de despons. impub. Gigas de pensio. q. 6. n. 4. Daarenus d. l. 6. c. 4. Hugolinus de simon. tabul. 1. c. 10. §. 3. Redoanus de simon. c. 21. n. 36. Valensis de beneficiis, l. 4. tit. 1. Ut autem hæc transactio expers, & immunitis sit a labe simoniæ, initium capere debet a iudice, non vero a partibus, d. c. nisi esset, ibi: Non ex pactione partium, sed ex iustione iudicis. Nec excusatur a simoniæ labe, qui transactione inter se facta, iudici postea repræsentant: integram enim transactionis causam in manibus superioris apponere debent, c. quæstam, de ver. permut. docent García de beneficiis d. 1. part. c. 5. n. 340. Valensis ad tit. 2. n. 9. quo enim actio vires non habet, c. nonne, de præsumption. l. cum prætor 12. ff. de iudicis, nec etiam licet partibus aliquid dare ratione expensarum, ut a lite discedatur, c. cum prætor 4. de pactis, glossa verb. Decimus, in c. super hoc, de renuntiatione, etiam hoc fiat auctoritate superioris, si modo conventio a partibus initium habuit, non autem si a iudice pro bono pacis, ut resolvit García ubi supra, n. 390.

Conclusionis supra tradite varias adducunt rationes classici in præfati, & supra laudati: aliqui enim affirmant, ideo transactionem super beneficio ecclesiastico non admitti, quia qui per transactionem illud cedit, nil ex causa transactionis præstat; siquidem litigator, qui jus habebat, ab Episcopo institutionem consequitur, non vero ab alio transigente; & ideo transactionem inanelem esse: alii etiam aliam reddunt, asserendo quod cum transactio super alimentis facta non valeat, l. cum sit §. ff. de transact. l. de alimentis, c. post. tit. Genitilis de specialibus, de alimentis; & beneficium pro alimentis pariter datur, c. clerici 1. q. 1. cum secundum de præbendis tertio super eo transactio non admittitur. Ita ratiocinatur Pallida in l. ult. n. 13. Cod. de transact. Gigas de pensio. q. 51. nu. 21. Sed hæc rationibus omittis vera decisiois ratio prorept ex supra dictis; vel enim transactio sit recita alimentis pensio, vel alio beneficio ad invicem cello: si recita aliqua pensio, quia novus census, novumque gravamen iudicio Episcopo a posteore beneficii imponi non potest, ideo transactio rejicitur; si quia transactio celebratur aliquo dote, vel retento, si illud temporale est, ex alio capite, videlicet simonia, transactio improbat, c. constitutus, c. super eo, hoc tit. si vero beneficium pro beneficio cedatur, quia sine institutione canonica obtineri non potest, ideo transactio effectum non sortitur, ut latius prolequitur Gibalinus ubi supra, Valerone d. q. 6. n. 4.

Nec obstat difficultas supra expensa; nam in præfati textu prohibetur transactio, quæ litem continet simonia, aut repugnat juris principis supra expensis; non vero cum simonia non datur, ut si alia res spiritualis pro spirituali cedatur, vel patroni inter se conveniant, ut alternis vicibus juripatronatus utantur; tunc enim transactio pares vires habet. Nec augmentum deductum ex d. c. constitutus, adversatur; quia in eo simonia non fuit commissæ ex animo, & affectu, alias ambo privarentur beneficio ecclesiastico, c. super eo, hoc tit. si vero beneficium pro beneficio cedatur, quia sine institutione canonica obtineri non potest, ideo transactio effectum non sortitur, ut latius prolequitur Gibalinus ubi supra, Valerone d. q. 6. n. 4.

Sed superiori assertioni opponitur textus in c. si quando 8. de officio delegati, in illis verbis: Transactione, vel alio modo Ecclesiæ obtinuerunt. Ex quibus verbis deducitur, transactionem ita super beneficio fieri posse, ut per eam beneficium acquiratur. Augetur hujus textus difficultas ex eo: nam iudex delegatus non potest transactionem iuri contrariam approbare.

Traditur ratio decidendi.

Dissolvitur dubitanti ratio.

Explicetur c. si quando 8. ff. de offic. delegati.

De transactione c. de beneficiis.



sea compositio super matrimonio non datur, ut dissolvatur, potest tamen admitti contrahatur, vel jam contractum conseruetur, cum illis casibus deficiat ratio supra allata: quare tam super dote, quam aliis accessionibus matrimonii conventiones & pacta admittuntur; quia hæc non repugnant naturæ, seu fini matrimonii. Nec alia pars difficultatis, ubi dicebamus etiam post contractum legitimum matrimonium ex mutua conventionem dissolvi posse, advertatur: nam id procedit attento iure civili Romanorum, & aliarum gentium, apud quas repudium permittitur, ut supra dixi; iure autem nostro canonico hoc non procedit, nisi in casu supra expenso, ex d. c. 8. c. sponsam d. extravaganti, Antiqua, nam cum matrimonio rato, non consummato, conjuges inter se conveniant, ut unus profiteatur religionem, alter aliud contrahat connubium, tunc matrimonium dissolvitur, non tam ex conjugum conventionem, quam ex iuris divini privilegio, & dispositione; favore enim religionis introducendum est, ut matrimonium adhuc ratum possit dissolvi per ingressum religionis, ut late probat Basilius Legionensis d. l. 9. de matrim. c. 5.

Adhuc superiori assertioni opponitur textus in c. 2. de clau.

TITULUS XXXVII.

De postulando.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Lateranensi.



Lericus in h. Subdiaconatu, & supra, & in e. minoribus quoque ordinibus, si d. stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram iudice seculari advocati in negotiis fieri non presumant, nisi propriam, vel Ecclesie suæ causam fuerint prosequuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt: sed et nec procuraciones etiam faculares sub aliquibus Principibus, vel facularibus viris, ut Iustitiarii eorum fiant, clericorum quibusdam assumere præsumant. Si quis adversus hoc venire tentaverit, quoniam contra doctrinam Apostoli est dicentis: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, & faculariter agit; ab Ecclesiastico fit ministerio alienus pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus facili placet se immergi, Districtius autem decrevimus puniendum, si religionum quicquam aliquid prædicatorum audeat attentare.

NOTÆ.

L. Ateran. ) Generali videlicet celebrato sub Alexandro III. anno 1179. de quo in c. quia 5. de elect. aliqua adduxi: inter alia ipsius Concilii decreta reperitur præfatus textus par. 1. c. 12. non autem ut jacet in hac sexta collectione; deest enim alia pars ipsius capituli 12. quæ prohibitionis ampliationem, & transgressionum pœnas complectitur; ea autem refertur a Raymondino in capital. sed n. 4. ne clericus, vel monachus; quæ si annexatur præfati textui;

CAPUT II.

Innocentius III. a Compostell. Archiepisc.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod quidam canonici b. regulares, ut se forte in iure peritos valeant demonstrare, ac extra claustrum materiam habeant evagandi, non solum in ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis præsumunt advocati officium exercere, cumque obijcitur eisdem, quod iuxta canonicas sanctiones non debent esse forenses, vel ecclesiastici negotii susceptores, vel executores etiam, nisi forte id monasterii expofcat utilitas, Abbate nihilominus imperante, ipsi proponunt ad insolentiam excusandam, quod e. capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de monachis, non de canonicis regularibus loquitur manifeste: Unde nos consulere volumus, utrum tales sint ad patrocinium admittendi. Ad quod disc. t. r. respondemus, quod idem iudicium de canonicis regularibus, quod de monachis, quantum ad d. supradicta, credimus observandum, licet de monachis in canone specialiter sit expressum.

NOTÆ.

C. Compostell. ) Ita etiam legitur in tertia collectione sub tit. de clericis, vel mon. c. 3. Ecclesiam Compostellanam primo in honorem adinventi corporis D. Jacobi Hispaniarum patroni, assensu R. P. gloriosus Castellæ Rex Alphonsus erexit, intendensque Episcopalem Cathedralam in eam transferri: postea Calixti II. temporibus a Bracharenfis Archiepiscopi jurisdictione exempta, Emeritensis Archiepiscopi Sedis iuribus concedorata fuit, ut constat ex veteri historia Hispania, quæ reperitur t. 1. Hispan. illustrata, pag. 13. & refertur Mariana l. 10. historia Hispan. c. 12. Circonius in notis ad c. 13. de vita & honest. cleric. in 5. compil. unde audiendus non est Theodorus Castaldus l. 2. var. lucub. c. 9. existimans Innocentium III. temporibus Compostellanam Ecclesiam non fuisse Archiepiscopali Sede decoratam; contrarium enim evincitur ex proxime traditis, & ex c. ex parte, de censuris, c. Et si necesse 5. de dona. inter, c. ex tuarum, de auctorit. Et usa pall. ubi alia de hac Ecclesia notavi. In præfati referitur Innocentius D. Petro Sarez, qui prius fuerat Episcopus Salmanticensis, de quo in d. c. ex tuarum.

b. Canonici regulares. ) Quorum in diocesi Compostellana alique sint Ecclesie, ut Ecclesie S. Joannis de Cabero,

Prioratus Surenfis, Ecclesia regularis de Juncaria, de quibus agit Pennotus l. 2. histor. Canonic. regul. c. 31. n. 3. imo & ipsa Compostellana canonicorum regularium normam, & vitam servavit usque ad tempora Innocentii IV. si fides adhibenda est Joanni de Nigravalle, relato a Pennoto ubi supra.

c. Capitulum illud. ) Concilii Tarraconensis, relatum a Gratiano in c. monachi 35. 16. q. 1.

d. Supradicta. ) Licet enim lata quadam significatione, & acceptioe monachorum veniant, & comprehendantur canonici regulares, cap. presens 20. quæst. 3. cap. post translationem, de remissionatione; & ita accipiantur tam a veteribus, quam recentioribus Ecclesie Patribus, ut D. Augustino lib. 3. contra epistolam Petriiani, cap. 40. Beda in historia Anglia, lib. 4. cap. 4. & aliis consensibus a Bellarmino tom. 1. controvers. lib. 2. de monachis, cap. 5. Pennoto tom. 1. histor. canonice. lib. 1. capitulum 39. numer. 4. tamen stricta acceptioe monachorum canonici regulares non comprehenduntur, ut quando peculiariter cuiusque Ordinis officia, vel instituta considerantur, cap. monachus, cap. lege & cap. alia 16. quæst. 1. unde licet prædicatori verbi Dei, & collatio Sacramentorum monachis prohiberentur, c. placuit 3. cap. pervenit; cap. interdictionis, cap. iuxta, 16. quæst. 1. ea canonici regulares

ribus non prohibentur, imo permittuntur, c. quod dei timorem, de statu monachorum; & generaliter dum constitutio canonica continet dispositionem penalem, ut in Clementi, ne in agro, & iniqua vero, de statu monach. & in omnibus rebus odiosis, non comprehendit sub appellatione monachorum canonico

regularis, docent Paterni. in d. c. quod dei timorem, Pennotus dicit l. 2. histor. canon. regul. c. 1. unde necessaria fuit in præfati casu amplio, seu declaratio Innocentii III. ut fun prohibitione Concilii Tarraconensis, de quo in dicit. c. 9. comprehendantur canonici regulares.

CAPUT III.

Gregorius IX.

Um sacerdotis sit b. officium nulli nocere, omnibus autem velle proficere: non nisi pro seipso, vel Ecclesia sua, vel (si necessitas imminet) pro personis conjunctis, aut miserabilibus sibi licitum est postulare. Et infra: Clericus autem; qui contra Ecclesiam, a qua beneficium obtinet, pro extraneis advocatus, vel procurator esse præsumit, tanquam ingratus potest (maxime si clericus sit ejusdem Ecclesie) beneficio hujusmodi spoliari.

NOTÆ.

Gregorius. ) Ad hujus textus inscriptionem videnda sunt que adduxi in c. ult. de consuetudin. b. sit officium? ut ait D. Ambrosius in c. denique, 14. q. 5. COMMENTARIUM.

EX his decisionibus sequens deducitur assertio: Clericus, si- ve in sacris, si- ve in minoribus ordinibus constitutus, etiam canonici regulares, postulare nequeunt, nisi caris in casibus: Et qui contra propriam Ecclesiam pro alio postulare velit, privatur beneficio, quod in ea obtinet. Probant textus in c. Episcopus 3. c. perlatum 4. 88. dist. c. finali 5. q. 3. c. de quidem 29. 11. q. 1. c. denique 15. q. 5. c. placuit 8. c. de presentium 20. c. monachi 35. 16. q. 1. c. 1. ne clericus vel monachus, Concilium Moguntinum sub Carolo can. 22. Chalcedon. can. 3. & 7. Emeritense can. 11. c. 1. de vita & honest. cleric. in 5. collect. Innocentius l. ep. 4. c. 3. & ep. 34. c. 3. & 4. Villelmus Parisiensis Episcopus in suis consil. quæ extant. t. 26. Concilior. can. 1. ibi: Prohibetur sacerdotibus, ne officium advocacionis exercere præsumant, nisi forte in causa Ecclesie suæ, vel pro miserabilibus personis, pupillis, & viduis, parochianis suis, quibus honeste deesse non possunt; Et hoc præfati receptione extra expensas moderatas. Et consultata 23. c. de istam, novel. 6. Justin. c. 2. & 3. novel. 86. Leonis. Consonant de iure nostro Regio lex 2. 3. & 4. tit. 6. parit. 1. lex 15. tit. 16. l. 2. novæ recipit. lex 1. tit. 3. l. 1. recipit. Illustrant alia laudatos a Barbosa in præfati, & l. 1. juris celesi. c. 40. 84. Ant. Aug. l. 4. tit. 73. & l. 8. tit. 39. P. Gregorius l. 3. par. tit. 18. c. 15. & l. 6. synag. c. 6. Jacobus Omphalius de usuris. legum, l. 4. c. 6. Caccialupus de officio advocati q. 1. & 3. Polletus l. 2. hist. fori Romani, c. 6. Marthæ de iurisdic. 4. par. centur. 2. c. 115. Circonius in præfati tit. 8. in d. c. 1. de vita & honest. in 5. collect. Epenicus l. 2. digestum, c. 9. Quintanadvensis in l. ecclesiasticum, c. 6. n. 15. Gratianus distict. c. 57. n. 22. Boertius Epon. in c. 1. ne clericus, Batus de statib. homin. verbo Advocati, Fragolo par. 1. de regim. l. 5. dist. 13. Portoles in Molinum, §. Advocatus, Borellus in sum. tit. 7. de cleric. n. 86. Ouald. l. 2. commu. Donell. c. 3. dupli. tit. M. Joannes Nicolaus de beneficiis c. 3. Thomas Sanchez l. 6. summa, c. 13. plures ex prædictis, quos laudat Valasco de prescri. pauper. t. 1. qu. 9. Vela 2. tom. dist. 43. n. 29. ex Moralibus consenti a Thoma Sanchez l. 6. summa, capite 13. Garcia in summa, tr. 1. distict. 2. dub. 6. Baltham in novocan. Phocis, tit. 8. & in schol. tit. ad can. 16. Synodi Carthage, atque l. 2. juris Orientalis, duobus titulis; Michael Roussellus l. 4. hist. Pontif. jurif. c. 5. Garanna in c. 1. ne clericus vel monachus i. Xamar, p. 2. de of. for. tit. 2. §. 3.

Hæc tamen assertio ita illustrata difficilis valde redditur sequentibus juris considerationibus. Prima nascitur ex eo, nam advocatorum officium, & munus honestum, ac nobilissimum est, h. nomen, c. de dignit. l. 13. Unde advocati dicuntur clarissima eloquentia lumina, l. referendi, c. de advocatis divers. iud. c. quia Episcopus 5. q. 3. quare apud Romanos, maxime honoratos, & nobiles causas perorasse testantur Valens & Valentin. in l. quibusque 6. c. de postulando, quod de Julio Celare refert Suetonius in eius vita, c. 72. de Crasso, Scepione, Lelio, & alius idem refert Cicero l. 1. de Orato. de aliis nobilissimis viris Plinius l. 2. c. 2. quanteque sit advocatorum utilitas, imo & necessitas, docent Constantinus in l. 4. c. de advoca. divers. iudic. ubi vocat laudabile, vitæque hominum necessarium advocacionis officium. Plura advocatorum præcoia prosequuntur Garcia de nobilit. glossa 35. n. 41. Circonius in defens. rorum, in præfati. n. 2. Moreno de Burgas de nobilit. distictus 3. Parexa de instrument. edit. l. 2. tit. 10. ref. 2. n. 58. Amaya in l. unica, c. de infamit. l. 10. nu. 87. Salcedo in l. 34. tit. 16. l. 2. recipit. fol. 99. Beyerlinck in theat. vite humane, verbo Advocatus, P. Gregorius l. 29. synag. c. 6. n. 46. Gallus l. 1. observ. c. 42. n. 4. D. D. Alphonsus de Olea Gallus de cession. iur. tit. 5. q. 11. in prin. igitur hoc advocacionis præclaro munere sacerdotis, & monachi acceri non debent. Falditur primo hæc dubitandi ratio ex eo, nam si vere esset ratio a Gregorio IX. in c. fin. hoc tit. adducta, videlicet sacerdotum officium esse omnibus proficere, illis interdici non debebat causas etiam coram iudice seculari defendere, cum per simile patrocinium oppressi subveniant, l. nec quidquam 9. §. advocatus, ff. de officio Proconsul. §. ait Prator, ff. de postul. leg. ma. D. D. Gensel. in Decretal. Tom. I. Pars II.

Qui apud iudicem pro tribunali sedentem, pro amicis extraneis personis postulant, aut procuratores sunt, aut advocati, inter quos varias assignant differantia D. Mel. l. 18. comp. monach. c. 3. ubi Ouald. littera O. tit. 2. de advocat. De procuratoribus sequenti titulo ageatur, & de eorum officio ecclesiasticis personis prohibito, extraxit secunda pars hujus capituli primi, & reperitur in c. sed neque 4. ne clericus, vel monachus. De advocatis vero agitur in præfati, & in d. tit. ff. de postulando. Circa eos sciendum est variis nominibus designari. Dicuntur cognitores, oratores, patroni, causidici, togati, & vulgo advocati, ut probant Cuthofredus in paratis l. ad titulum C. Theod. de postulando, Gibalinus supra. Cognitores appellantur apud Paulum d. 2. de fentent. tit. 2. & in l. penult. Et ait, C. Theod. de cognitoribus, & procuratoribus, c. infamis 3. q. 7. Polletus l. 2. hist. fori, cap. 2. Duarens in leg. 1. ff. de postul. Donellus d. l. 18. c. 3. ubi